

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6569

Autre(s) référence(s) : Bates 256

Auteur(s) : Néel de Brévands [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Gabriel-Brécy, Saint-Gabriel, dépendance Fécamp (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1069

Lieu d'émission : Valognes

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Néel de Brévands donne au prieuré Saint-Gabriel l'église de Brévands avec la dîme et une terre. Le roi Guillaume [Ier] confirme cette donation.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Musset Lucien, *Actes inédits du XIe siècle* I. Les plus anciennes chartes du prieuré de Saint-Gabriel (Calvados), *BSAN* n°52, 1952-1954, p. 137-139.

b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 256, p. 774-775.

Dissertation critique

1069 (vers Noël 1068 ou le début 1069, ou l'été 1069) : datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 774).

Texte établi d'après b

In honore sancte et individue Trinitatis et beate Marie et sancti Gabrielis archangeli, notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Nigellus de Bevan, pro salute anime mee, dedi Deo et sancto Gabrieli ecclesiam de Bevan et decimam, tam meam quam meorum hominum in eadem villa cohabitantium, insuper et in eadem villa terram unius carruce ad opus monachorum apud sanctum Gabrielem degentium ibidemque deservientium. Hanc autem donationem super altare sancti Gabrielis posui, astante pariter et concedente Ascelina mea uxore et meo filio nomine Rogero, Gisleberto quoque de Asneris fratre meo, hominibus etiam meis, id est Willelmo de Serent, Ricardo armigero, Quarrel quoquo, Gonduino de Anesi, in testimonium convocatis. Turchitillus vero monachus et prior eiusdem loci, cum suis testibus, id est, Doncheldo monacho, Gaufrido de Brece, Baudouino fratre eius, Fulchero Malaherba, aliisque plurimis tam monachis quam laicis.

Eandem donationem suscepi, cum quo exinde Fiscannum proficiscens et in capitulum monachorum ductus atque in societatem eorum receptus, coram Johanne ipsius loci abbate et cunctis aliis qui assidebant, rem uti erat diligenter prosecutus que apud sanctum Gabrielem feceram, ibidem confirmavi. Et enim hanc eandem donationem super altare sancte et individue Trinitatis ad opus monachorum ecclesie sancti Gabrielis deservientium posui, presente

mea uxore et filio supradicto, cum suprascriptis hominibus meis, Johanne quoque cum suis monachis presente, id est, Turchitillo supradicto priore, magistro Johanne Ruffo, Willelmo Gufin et aliis multis, et cum suis hominibus, id est, Dino et Ansfrido, Fulberto, Humfrido, Waltero, Chotis et aliis plurimis.

Inde hec carta firmata est apud Valonias in pago Constantino, ab incarnatione Domini anno M.LX.VIII., coram Willelmo rege Anglorum et duce Normannorum, et coram Mathilde regina uxore sua atque Roberto filio ipsorum qui hoc pariter concesserunt et propriis manibus signa sua apposuerunt. Gaufridus etiam Constantiensis episcopus, in cuius diocesi idem locus situs est, pro amore et deprecatu regis et regine atque mei Nigelli, eandem ecclesiam concessit sancte Trinitati et sancto Gabrieli ex illa die liberam et quietam ab omni costuma episcopali.

Signum Nigelli de Bevran +. Signum Willelmi regis cum sigillo eius. Signum Mathildis regine +. Signum Roberti filii regis +. Signum Gaufridi episcopi +. Signum Rogeri de Montegomerico +. Signum Rogeri de Bellomonte +. Signum Asceline uxoris Nigelli +. Signum Rogeri filii.